**Manoscritto MS. 253** (XIX sec.)

Copia di un processo

Cartaceo 355 x 300

cc. 26 circa 34 righe per p.

Lingua: latino e francese

Contenuto:

Copia ottocentesca di una sentenza emessa dal Patriarca di Venezia nel 1671 riguardante il possesso, da parte dei francescani, di alcune chiese di Gerusalemme.

Fogli sciolti, danni da cattiva conservazione al margine destro. Scrittura nero-bruna corsiva. Conservato in cartellette in cartoncino.

Proveniente dall'Archivio Custodiale.

# Processus

Rmi Patriarche Gradensis, continens primo = Presentationem cujusdam Bullæ Martini Papæ V, factam Rmo Patriarche per duos Religiosos Terræ Sanctæ, Procuratores, etc. = Secundo = Continet praesentem Bullam Martini V, seu copiam illius; = Tertio = Expressionem petitionis eorumdem Fratrum Fratrum, quæ quidem petitio est, quod Loca Sancta, videlicet Mons Sion, Praesepe Dni Bethlehemiticum, Sepulchrum Dni, Mons Calvarie, et Ecclesia Virginis Mariæ de Valle Josaphat, cum aliis ad hujusmodi loci habitatione spectat ad Fratres Minores Ordinis Sti Francisci; = Quarto = Committitur causa Vicario Generali ejusdem Rmi Patriarche. = Quinto = Recipiuntur, et examinantur undecim Testes ad finem praedictum. = Sexto = Pronuntiatur ab eodem Rmo Patriarcha sententia definitiva in favorem Fratrum Minorum Terræ Sanctæ. = Et denique = Sunt attestationes trium Notariorum, et omnia prout habentur in marginibus.

(Sommaire mis en tête de la copie de la sentence, copie tirée à la fin du Bullaire de Terre Sainte, dont la collection manuscrite fut faite sur les originaux en 1671).

N.B. L'orthographe suivie ci-dessous est l'orthographe de l'original.

In nomine Sanctæ et Individuæ Teritatis (Trinitatis). Amen.

Nos Johannes miseratione divina Sanctæ Sedis Gradensis Patriarcha, Venetiarum Dalmatiæque Primas, Necnon Commissarius et Delegatus ac executor Apostolicus in hac parte specialiter deputatus, ad cognoscendum, decidendum, terminandum, pronuntiandum et exequendum utrum Conventus et habitatio Fratrum Minorum Ordinis sancti Francisci in Monte Syon, necnon locus Sepulcri Domini Nostri Yhesu Xti in Jerusalem et ecclesia Beatæ Mariæ Virginis in Valle Yozaphat, ac locus de Bethlem Nativitatis Dni Nostri Yhesu Xti, possessa fuerint a Fratribus Minoribus Ordinis Sti Francisci, per quinquaginta annorum spatium, et ad dandum et assignandum dictum Conventum, ecclesias, et loca praedicta dictis Fratribus Minoribus Ordinis antedicti, prout de eorum jure nobis foret manifestum, et ab ipsa Sede Apostolica, et praemittitur, specialiter deputatus.

Unde receptis prius litteris Apostolicis, mandatis nobis quomodo sua Apostolica